



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri Societatis Jesu Brevis Vitæ Historia
cum ejusdem Concordia Quietis & Laboris in Oratione,
Expositione in Psalmum Miserere, Considerationibus de
Inferno, Expositione Cantici ...**

Massei, Giuseppe

AUGUSTÆ Vindel. & DILINGÆ, 1707

VD18 12383155

§. V. Grammaticam docet, & Pistorienses excolit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47773](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47773)

§. V.

Grammaticam docet & Pistorienses excolit.

EMensus tanta & vitæ puritate , & incitati animi fervore Theologicum stadium publicas ex omni hac sacra Disciplina Positiones propugnavit, docentis potius quām discipuli more, & sub annum vitæ vigesimum nonum Sacerdotio iniciatus novis in via DEI animis auctus , semper proficere studuit, anno præsertim illo, qui pro more Societatis perductis ad finem literatum studiis animo excolendo datur. Petuit subinde , quā erat animi modestiā , à Præsidibus tradendæ alicubi Grammaticæ admoveri: jussus est autem medium Grammaticæ classem docere Pistorij. Hic ille instituit tam celebrem illam Bonæ Mortis , quam dicunt, exercitationem, cùm ipsem et eo super argumento quot diebns Dominicis differeret. Induxit etiam menstruæ Communionis usum , effecitque ut præcipuis illa in Templis redituro ordine obiretur ; neque enim tunc adhuc Societas Pistorij Templum pro ea functione sat amplum habebat. Perrexit autem deinceps Civitas non minore pietate , quām numero , sacrī his exercitationibus defungi , non sine grata earum authoris memoria.

§. VI.

Laborum contentione Surdaſter redditur.

Sub hoc ipsum tempus tot aliis suis laboribus junxit studium celebres illas suas per vernum jejunium Conciones elaborandi. Præter sedulam autem Sacrorum Codicūm & eorum , quæ Sancti Doctores reliquerunt , Operum lectionem non parum ille industriæ posuit in evolvendis

B

M. Tul.